v. Plutarch. in Pericle p. 154. mentô Mens dictus, & Metrodorus, ne illud quidem ſcientes, quod nihil ſcirent. Seqvuti hos antiquiores Sapientiæ Antiſtites magnô numero ſunt Pyrrhonii, qui laudi ſibi duxerunt, quod nunc ζητητικοὶ, nunc Σκεπτοκοὶ, nunc Ἐφεκτικοὶ, nunc Απορητικοὶ vocitati ſint. Hi omnes uno ore profitebantur: ὀυδὲν ὁρίζομεν: nihil definimus. Id quod ex his Xenophanes eleganter reddit: καὶ τὸ μὲν ὖν σαφὲς ὔτις ἀνὴρ ἴδεν, ὐδέ τις ἔσαι Ἐιδώς.

S. Empiric. Adv. Math. L. VII. p. 153.

Laert. l. IX. p. 617. ſeqq. Nemo aliquid certo novit vel noverit unquam. Inter Recentiores quoque innumeri hac ἀῤῥεψίᾳ laborant, & Dubitationi de omnibus Philoſophicis rebus patent ubique fores. in diſſert. de Methodo, Carteſius idem queritur, quod cum nemini ſcientia inferior æſtimaretur, nullam tamen in mundo dari Scientiam firmiter crederet. Ut autem peregrina mittamus exempla, modo quis ſecum habitare velit, domeſticâ, eâque triſti experientiâ, ignorantiam ſuam docebitur. Nolumus tamen omnem Rerum Corporearum notitiam denegare homini, cum tàm egregia cognoſcendi media ei Almus Creator per ſenſus & inde excitatam rationem conceſſerit. de Hærede Rer. Div. p. 589. Cum Philone tantum dicemus: Té-